Muſſus de Lanagio ſol. 3., den. 3. pro ſeccariciis den. 3. tenſam 1. fœni ſtar. 1. fœni pro amaſero ſtar. 4. caſtanearum, & villico turtam 1.

Otto Marchiſius, & mater ejus den. 18., & panes duos.

Maynerdus Columbus ſol. 8. pullos 4. ſpalla 1., & ſtar. 1. vini pro ameſſore, tenſam unam fœni, ſtar. 4. caſtanearum, & ſtar. 4. ſpeltæ, meſſaricias 3. opera 9. vineæ, & bubulcas 9.

Manſus Ciſani, & Caſutanæ ſol. 4., ſtar. 4. annonæ ſtar. 4. caſtanearum, & pullos 4., ſpalla 1. tenſam 1. fœni den. 3. pro ſeccariciis gerbas 4., opera 9. vineæ, & bubulcas 9.

Manſus Mancani ſtar. 4., pullos 4. tenſam 1. fœni, ſpalla 1. ſtar. 1. vini pro ameſore.

Manſus Aquietis Rolandi den. 18. mediam ſpallam, gallinam 1. ſpicarolium, minas 111. annonæ ſtar. 2. caſtanearum, & gorrinos vineæ.

Petrus de Paradaſco ſol. 2. den. 3. pullos 4. ſpallam 1., tenſam unam fœni, ſtar. 1. vini pro ameſſore ſtar. 4. caſtanearum paſſarum, ſpinas vineæ, & quartas turris.

Henricus Gizanus pro poderio uxoris ſpalla 1. ſtar. 1. ordei, & ſtar. 2. caſtanearum.

Rubeſca ſol. 2. & den. 3. ſtar. 1. caſtanearum, ſtar. 1. vini pro ameſſore, faſcium unum fœni, & minas tres annonæ.

Manſus Portunarii ſol. 4. pullos ſtar. 4. caſtanearum ſtar. 3. ſpeltæ, & 1. ordei, ſpalla 1., & operæ 9. vineæ.

Manſus Bavæ ſol. 8. pullos 4. ſpalla 1. tenſam unam fœni, faces 3. lignorum ad feſta Natalis Domini, operæ 9. vineæ, & bubulcas totidem.

Manſus Cellotti ſol. 4. degano, pullos 4. ſtar. 2. ſpeltæ, & 1. ordei, ſpalla 1., tenſam unam, ſtar. ... caſtanearum gerbas 4. faſces tres lignorum ad Natale Domini, & deganus debet ei dare panes tres.

Manſus Muſſi de Caſtro novo ſol. 2. den. 6. degano, pullos 4. ſpalla 1. ſtar. 1. caſtanearum, minas 3. ordei, vel palmolo ſtar. 1. vini pro meſſero meſſaricias 3. gerbas 4., & opera 4. vineæ.

Univerſi, qui tenent manſos curiæ debent vindemiare vineas Domini Epiſcopi, & uvas ad torcular portare, & dare drictum viarum.

Omnes illi de Roccha, & omnes Gamundenſes, atque Gulfus, & Cara debent Eccleſiæ Aquenſi, & Domino Epiſcopo ....

Denex cum conſortibus ſuis debet facere ambaxarias Regales uſque ad Imperatorem ad expenſas Domini Epiſcopi.

Raconix ſive filii debent facere ambaxarias per Epiſcopatum Aquenſem ad expenſas Domini Epiſcopi. Filii Gambari Sagnatoris faciunt illud idem.

Omnes infraſcripti debent facere guaitam caſtro Domini Epiſcopi, videlicet Otto Manarus cum conſortibus, Arnaudus de Coſtaſina, & frater Scatanarii, Calegogna cum conſortibus ſuis, Petrus Balbus, Bertolottus per poderium .... guardiam .... lib. 6. ſol. decem, den. 9. & ego Johannes Quiregio Clericus Novarienſis Notarius ſcripſi.

Aliam autem cartham attuli col. 255. n. 245. continentem illorum indicem, qui ad decimas Eccleſiæ Aquenſi tenebantur.

MCCXV. col. 166. *n.* 149. *lin.* 29. VI. decembris *corrige* V. dec.

MCCXVII. col. 167. *n.* 150. *lin.* 14. *nil deeſt, ac puncta delenda. lin.* 16. metane *lege* mezzane. *lin.* 22. advocatis *l.* advocatiis.

MCCXVIII. col. 168. *n.* 152. *Has olim Epiſtolas Honorii III., quas hic n.* 151. 154. 155. 156. *profero, repereram in antiquo chartaceo apographo ad C. V. Burgontium ſpectante. In eo quæ incipit* devotionem, *& alia, quæ* vobis dediſſe *n.* 51. *&* 54. *annum tertium Pontificatum Honorii præferebant, reliquæ, quæ inc.* ſacroſancta, *it.* devotioni *n.* 155. 156. *annum quartum, hoc habito diſcrimine, quod poſita ſub n.* 155. *præ vetuſtate ita in fine detrita erat, ut menſis legi haud poſſet, in ultima vero m. ſeptembris aperte legebatur. Quid agerem propterea? omnium harum primam ſub anno* 1218 *collocavi, ad quem vere ſpectat. Secundam ſub anno* 1219. *ob alias executorum literas, quibus inſerta fuit ſecutus Lumelli ſententiam, qui* (*col* 567.) *ad h. a. eas recitat. Reliquas vero anno* 1219., *cui ſeptember cohaeret, aſſignavi. At cum Ghilinum, & Schiavinam poſtea conſuluiſſem, aliam apud iſtos temporis deſcriptionem, atque horum diſtributionem deprehendi: ſic enim uterque habet:*

1218. Honorius ec. vobis dediſſe XV. K. dec. P. N. an. III.

1219. Honorius ec. ſacroſancta XII. Xal. maii P. N. ann. IIII.

Hon. ec. devotionem XII. K. maii P. N. ann. IIII.

1220. Hon. ec. devotionis veſtræ XI. Kal. ſept. P. N. ann. IIII.

Hic utriuſque in temporis notatione conſenſus indicat, hiſce præ manibus antiqua, & incorrupta exemplaria fuiſſe, ſcilicet librum crucis in Tabul. civit. aſſervatum, ut innuit Chenna p. 75. *Quæ cum ita ſint, mutanda mihi erat ſententia, ac ordo corrigendus. Quis vero præferendus? numquid a Schiavina, & Ghilinio præſcriptus? haud ſane. Manifeſto enim pugnat, cum Honorii Pontificatus epocha. Siquidem Honorius conſecratus fuit S. Pontifex die XXIV. julii anni* 1216., *quo fit ut Kalendis ſeptembris anni quarti Pontificatus eſſet annus MCCXIX. Kalendis vero maii eſſet annus MCCXX. Novus itaque iſte aſſumendus mihi fuit, uti in catalogo Documentorum videre eſt. Illud ſubdo Ghil. in epiſtola ult. Hon. col.* 171. *n.* 156. Recanate *datam aſſerere non* Reate, *ut ego habeo, ac verius puto; it. non II. uti falſo Typographus, ſed XI. kal. in hac legendum eſſe.*

MCCXVIII. col. 168. *n.* 152. *lin.* 55. *lege* rogavit, & juſſit præſentibus.

MCCXVIII. ibi n. 153. *Collatum cum exemplari q. Franciſci Turrii lin.* 63. Curia *l.* Eccleſia.

Col. 169. *lin.* 4. *poſt* Bottaz *adde*, qui. *lin.* 5. redeuntes *l.* reducentes. *lin.* 7. videlicet conſules jam Alexandrie *l.* vel conſulis jam Alexandriam venerant. *lin.* 13. ejuſdem Aquenſis *l.* ejuſdem